Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1043647

Kr. Coesfeld
Nachträge
S 54

1319 Dez. 7 [in crastino festi beati Nycholai mense Decembris]. [5

Bartholomeus de Retirstorf, Sohn des † Bartholomei de Retirstorf, bekundet, turrim quadratam, sitam in veteri Bettingen inter fossam superiorem et domum Johannis Opilionis, von dem nobili viro Wilhelmo domicello de Viana (Vianden), domino de Lonwy et de Bettingin, iure homagii castrensis inne zu haben, sic quod, quandocunque monitus fuero a dicto domicello vel ab eius officiato de Bettingin . . ., singulis annis per sex ebdomadas mansionem in Bettingen more et iure aliorum castrensium ibidem faciam et facere tenebor; . . . in muris exterioribus ipsius turris nec supra ipsos aliquas fortericias de novo edificare non potero nec debebo, excepto tecto ipsi turri faciendo, quod cum voluero, michi facere licebit, sed infra ipsos muros potero et licitum erit michi necessaria et oportuna pro mea commoditate edificare; hoc eciam adiecto, quod si iuxta ipsam turrim super aream predicti domicelli aliqua edificia michi necessaria construere vel ortum colere continget, quod facere, si voluero, michi licebit, ipsa simul cum eadem turre in predicto et unico feodo a dicto domicello tenebo et tenere per presentes recognosco. Auf Aufforderung verpflichtet er ſich, innerhalb 3 Tagen den Turm und die Schlüſſel dazu dem Herrn auszuliefern.

In quorum omnium testimonium sigillum nobilis viri domini Arnoldi domini de Rupe, hoc tempore senescalli et gubernatoris . . comitatus Luccemburgensis, necnon sigillum honesti viri Johannis . . prepositi de Bydbourch presentibus apponi postulavi.

Orig. 2 Siegelreſte. — Bettingen Nr. 14 (3).

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007